1380.

Marzio 21 (3)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

In nomine domini anno a nativitate eiusdem Millesimotrecentesimooctuagesimo. Indictione tertia die lune secundo mensis aprillis. Luchinus
de Schachabarozys filius quondam domini Franchini militis habitans in loco Zanastho ducatus communi inter Mediolanum et Papiam. Voluntarie et
ex certa scientia sese compromisit in sapientes et discretos legum doctores dominos Stephanum de Cuttis Beltramolum de Ferarys et Johannem
de Carnago Civitatis Mediolani tamquam in arbitros et arbitratores et amichabilles compositores per eum Luchinum concorditer electos de omnibus
et super omnibus litibus questionibus et discordys vertentibus et que verti et esse possent et forent inter ipsum Luchinum ex una parte seu
ex pluribus partibus. Et Malgaritam filiam quondam Zanoni Schachabarozi olim fratris dicti Luchini. Et dominam Filipinam matrem dicte
Malgarite et relictam quondam dicti Zanoni ex altera parte seu ex allys partibus quacumque occaxione titullo et modo que et qui dici
possunt vel excogitari modo aliquo vel ingenio Ita et eo acto quod intelligatur esse et sit commissum et compromissum et in hoc compromisso
appositum et deductum de omnibus et super omnibus de quibus et super quibus ipsi arbitri et arbitratores simul et concorditer dixerit preceperint
et arbitrata seu arbitramentata fuerint inter eas partes ac si de eis omnibus in presenti compromisso facta foret specialis mentio. Quare predictus
Luchinus promisit et vadiam dedit et se et omnia sua bona presentia et futura et ea que de iure non veniunt in generali obligatione
pignori obligavit michi notario infrascripto persone publice stipullanti et recipienti nomine et vice et ad utillitatem dictarum matris et
filie quod ipse Luchinus atendet observabit et adimplebit omne preceptum et omnia precepta arbitramentum et arbitramenta unum et
plura quod seu que ipsi domini arbitri et arbitratores et amichabilles compositores simul et concorditer dixerint preceperint et arbitrata
seu arbitramentata fuerint inter eas partes iure pacto conventione et amichabili compositione vel etiam suo proprio motu et arbitrio alto
et basso ad suam voluntatem una vice et pluribus vicibus diebus feriatis et non feriatis partibus presentibus et absentibus vel una parte
presente et altera absente citatis et requisitis partibus et non citatis vel una parte citata et altera non hinc ad unum mensem proxime futurum
per totum diem vel ad allium terminum qui per ipsos arbitros et arbitratores fuerit prorogatus quibus arbitris et arbitratoribus ipse Luchinus
dedit et dat bayliam et liberam facultatem prorogandi ipsum terminum totiens quotiens ipsis arbitris et arbitratoribus videbitur et
placuerit et exnunc ipse Luchinus ipsum terminum prorogavit et prorogat prout per ipsos arbitros et arbitratores fuerit prorogatus. Et quod ipse
Luchinus si ipse non atenderet et non observaret ipsa precepta et arbitramenta dictorum arbitrorum et arbitratorum dabit et solvet michi
notario dicto nomine seu ipsis matri et filie pro pena et nomine pene solempniter promisse et stipullatam deducte florenos quinquaginta
auri bonos et iusti ponderis. Et hoc cum omnibus expensis dampnis et interesse que fierent et sustinerent pro dicta pena petenda
exigenda et consequenda post penam commissam et pena soluta et exacta vel non nichillominus precepta et arbitramenta dictorum arbitrorum
et arbitratorum rata maneant et firma et inviolabiliter debeat per ipsum Luchinum observari. Renuntians ipse Luchinus quod non possit aliquo
tempore dicere exponere nec allegare precepta et arbitramenta dictorum arbitrorum et arbitratorum fore iniusta et iniqua vel contra ius facta
et ob hoc recurrendum esse ad arbitrium boni viri pro ipsis preceptis et arbitramentis modrandis. Et constituit ipse Luchinus se et omnia
sua bona nomine mei notary dicto nomine recipientis seu nomine dictarum matris et filie possidere. Ita quod eis matri et filie liceat ubique
inveniuntur de bonis et rebus dicti Luchini sua propria auctoritate sine banno et sine fintore vel nuntio alicuius iudicis robare per vim aufferre
sequestrare occupare capere et detinere et in possessionem corporallem intrare et apprehendere et in solutum accipere et retinere vendere et allienare
usque ad plenam et completam solutionem et satisffactionem omnium predictorum. Que omnia fecit ipse Luchinus Ita quod ad predicta omnia possit omni
tempore ubique et sub quolibet iudice realiter et personaliter conveniri si agi contingerit occaxione predictorum. Renuntians ex certa scientia et pacto specialli
omnibus ferys et dillationibus earum et omni iuditio earum Et omnibus statutis ordinamentis provisionibus compellys et decretis factis [illegible]
[illegible] et omni ally iuri quo se tueri posset. Eo acto et pacto quod nisi ipsi mater et filia solempniter et ipsa Malgarita [illegible]
curatore fecerint simille compromissum hinc ad sex dies proxime futuros per totum diem quod presens compromissum nullius [illegible]
momenti. Actum in curia communis Mediolani Coram Petrino de Limido filio quondam Johannoli porte Romane [illegible]
Iacobini porte Vercelline Ambobus civitatis Mediolani pronotarys. Interfuerunt testes domini Graziolus Schachabarozius [illegible]
Milites porte Vercelline parrochie sancte Marie Secrete notus et Antoniolus de Sportis de Lissono f[illegible]
nove parrochie sancti Eusebii et Petrolus de Limido filius quondam Johannoli porte Romane pre[illegible]
foris omnes Civitatis Mediolani ydonei et Rogati :·:·:·:

Ego Galiazolus filius quondam domini Belloli de Modoetia civis Mediolani porte Cumane parrochie Sancte Marie [illegible]

Ego Petrus Petrinus de Limido notarius predictis pronotarius interfui ut supra scripsi.

Ego Ambrosolus Gezonus filius quondam domini Oltoroli Civitatis Mediolani porte Cumane parrochie Sancti Thome in Terramara notarius scripsi :

Ego Petrus Tadeus de Buschis notarius predictis pronotarius interfui ut supra et me subscripsi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1853772526-19

1380 · 2 · Aprile

Compromesso fatto da Luchino con Malgarita Scacabarozzi s.ª le loro differenze e la d.ª fu moglie di Christofforo Ghioldo.

Cassettone Segnato {

numero 4

Compromissum factum inter d. [illegible] de Scacabarozzis [illegible]
[illegible] filipinam et [illegible] filiam [illegible] pacis [illegible]

1380 April 2

de cicadis.

Morbio 21 (3)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1853772526-19
DFG